



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

De Attila, flagello Dei. Capvt IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

C H R O N I C A

Ætricius, sanctissimus episcopus Rothomagensis, ad quem Innocentius primus epistolam scripsit decretalem. Cui multum Belge debent. Scribit enim sanctus Paulinus Nolanus praeful, eius prædicatione lucem magnam accepisse & Morinos, & Neruicum tractum in quo primaria vrbis est Tornacus.

Porro Wandali, anno quadringentesimo decimo tertio, Gothorum timore Gallias reliquerunt, quas per multos annos lacerauerant, & primùm Hispanias occuparunt, deinde Mauritaniam inuaserunt, denique Africam indignissimis modis traetauerunt.

Nec Tungri ab eis excisi vñquam pristinam dignitatem recuperare potuerunt, humile postea oppidum, & Hasbaniae annumeratum. Vacauit etiam fides à morte Seruati, usque in Clodouei tempora. Sub quo interuallo Traiecti claruit S. Candidus episcopus.

Eodem interuallo claruit sanctissimus Seuerinus episcopus Coloniensis, qui in transitu beati Martini audire meruit voces psallentium angelorum. Cuius maximo sudore & sana doctrina, non tantum Coloniensis ecclesia, sed etiam Tungrensis, & vicinæ, ab infestatione Arianæ hæresis, sunt defensæ.

Successit ei suus archidiaconus S. Euergilius, patria Tungrensis, qui etiam patrum locum, & multa prædicatione, & martyrio, decorauit.

*De Attila, flagello Dei.*

C A P V T . I I I .

**S**Vbsecuta est secunda Galliarum vastatio anno quadringentesimo quinquagesimo tertio, per

per Attilam, flagellum Dei, qui cùm quinqua-<sup>2. Belgarij  
vastatio  
per Attilam  
Hunnum  
regem.</sup>  
ginta millibus Hunnorum, instar turbinis, sic totam Galliam vastauit, quod vix vlla ciuitas Hunnicam rabiem subterfugerit. Sed superuenit Aë-  
tius Romanus, qui in campis Cataulacis Atti-  
lam regem vicit, vbi cæsa sunt centum octoginta  
quinque millia, inter quos Theodoricus rex Vi-  
sigothorum. Vnde Attila cum reliquijs in Pan-  
noniam se recepit & inde Italiam aggressus, óm-  
nes pœnè ciuitates eius aut diruit, aut diripuit,  
aut incendit.

In ea vastatione martyrio occubuit S. Nicá-  
sius Rhemensis episcopus, qui Missarum solenni-  
tatis peractis, à Barbaris intra ecclesiam Rhe-  
mensem passus est martyrium. Subfuerunt autem  
Rhemensi archiepiscopo in nostro Belgio episco-  
patus quatuor, Atrebatensis, Cameracensis, Tor-  
nacensis & Morinensis. Huius enim episcopus <sup>Hoc anno  
diss. consecrationem  
ponunt  
Mey. G.  
Demochr.</sup>  
maior portio in Belgio semper fuit.

Anno quadringentesimo octogesimo quarto  
sanctus Eleutherius consecratur episcopus Tor-  
nacensium, qui in stiburdio reseat annis nouem, <sup>Mey. G.</sup>  
Tornaci annis triginta sex: de quo Tornacenses <sup>Demochr.</sup>  
res. profitentur:

*Miro modo sunt constersi  
Per hanc cives vniuersi.*

*Dé successu Fidei sub Clodoueo & liberis.*

### C A P V T V.

**C**lodoueus primus Francorum rex Christia-  
nus, regnauit annis triginta, obiit anno quin-  
gentesimo decimo quinto. Hunc regem S. Veda-  
stus catholicæ fidei firmis initiauit fundementis,  
qui postmodum à beato Remigio, Rheinorum  
archiepiscopo, ordinatur episcopus, & ad prædi-<sup>Artesij.</sup>

N n 2 eandum